



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De misero & calamitoso huius vitæ statu. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

psalmi. 72. de piorum calamitati-
bus, atque impiorum rebus secū-
dis, lōgam orationem habuisset,
ille repente lecto exurgēs, Deum
ita alloqui cœpit. Gratias ago ti-
bi, Pater, ac tuorum hominum
creator, quòd de nobis etiam in-
uitis ac repugnantibus bene me-
rearis, ac per externum homi-
nem internum purges, atque per
contraria nos ad beatum finem
ducas. Vide etiam de hac re epi-
stola. 16.

De misero & calamitoso hu-
ius vitæ statu.

12.

Infantem tumida mater dum gestat in aluo,
Carceris in tenebris conditus ille iacet.
Sic quoque vitales miseri dum carpimus auras,
Orbos nos rigidus lumine carcer habet.
At si certa fides, si spes in funere sancta,
Sincerusque Dei nos comitetur amor:
Nil erit angustum nobis, nitidumque beate

b iiij

S A C R A

Cernemus Triadis tempus in omne diem.

S C H O L I A.

Infantem tumida) D. Ioannes

Paran.
1. ad
Theod.
Capf.

Chrysoftomus huiusce vite calamitates secum reputas, adeoque densas tenebras, ut etiam perspicacissimi quique non nisi per speculum & in ænigmate videantur homines infantibus materna aluo adhuc inclusis non ineptè comparat. Nunc, inquit, quemadmodum in utero puellus, sic in mundo vivimus multis interclusi augustiis, venturique seculi neque fulgorem neque claritatem valentes intueri. &c.

A mundo iam caduco abducendum amorem esse.

13.

D*iffuge munde senex, tam foede et sordide, vix iam
Fallere qua possis, ars sit ut vlla tibi.
Nas mirum in unum multis placuisse: seniles*